

## **Archiabbatia S. Martini de Sacro Monte Pannoniae**

Astricus archiabbas Hierosolymam ad sepulcrum Domini profectus et loca sancta visitans, Cyrillus prior et conventus Archicoenobii Sancti Martini de Monte Sacro Pannoniae venerabili Domino archiabbati Petro et toto Cassinensis monasterii conventui salutem in Domino qui est vera salus hominum.

Sanctus Moyses, cum in Raphidim contra Amalec varia fortuna pugnaretur, in vertice collis duos habuit adiutores, qui manus lassas sustentabant, ne dum eas paulum remittat, Amalec superaret. Habet etiam Sanctus monachorum Pater Benedictus, qui propter fidem et doctrinam eius novus Moyses iure nominatur, in Dominum exorando duos fortes adiutores, monasteria videlicet in monte Cassino necnon in monte sacro Pannoniae sita, quae, dum adeo in Europae vallibus turbatur, manus eius ex utraque parte usque ad occasum solis sustentent.

Dicta duo monasteria, inter quae a temporibus SS. Stephani regis Hungariae continua et a Summis Pontificibus approbata in praesentem usque diem confirmata iurium et privilegiorum perdurat communitio, ut se invicem in hoc sancto officio corroborarent et confortarent, ante octingentos annos foedus fraternitatis iniere, atque huius foederis verba et sententias saepius approbabant, confirmabant et in perpetuum valituras protestabantur. Cum autem Caritas vestra ante duos annos festum Sancti Martini nobiscum sollemniter celebrare et celebrationi Eucharisticae praesidere dignata est, ut priscorum temporum recoleretur memoria et in manus Dei commendaretur, productae sunt ex nostri archicoenobii Archivo litterae Abbatis Adenulfi et conventus Sacri Coenobii Cassinensis, et prope Altare collocatae sunt.

Quae cum ita sint, anniversario octingentesimo fraternitatis nostrae Dominum Deum suppliciter exoramus, ut monasterium vestrum officium sanctum suum praestare possit et pro salute totius Europae intercedere non desinat. Simul et Caritatem vestram propensius obsecramus, ut sanctis orationibus vestris memores nostri sitis, praesertim cum hisce diebus ecclesiam Sancti Martini in monasterio nostro sitam funditus instauramus et renovamus, atque in hoc opere auxilio Dei iugiter egemus. Ad cuius ecclesiae dedicationem Caritatem vestram libentissime invitamus et expectamus.

Dominus exaltatio nostra intercessionibus SS. Benedicti vestri et SS. Martini nostri nobis largire dignetur, ut in evangelizandis gentibus et in conversatione morum nunquam cessemus, et monasteria nostra, urbes in montibus aedificatae et bene munitae in perpetuum effulgeant.

Datum in Monte Sacro Pannoniae, in festo conversionis Sancti Pauli, anno Incarnationis bis millesimo et duodecimo, Fraternitatis nostrae octingentesimo.

Cyrillus Prior Archiabbatiae

## **Archiabbatia S. Martini de Sacro Monte Pannoniae**

Asztrik főapát, aki Jeruzsálemben az Úr sírjához utazott és a szent helyeket látogatja, Cirill perjel, s a Pannónia Szent Hegyén lévő Szent Márton Főapátság konventje a tiszteletre méltó Péter főapát úrnak, s a cassinumi monostor egész konventjének üdvözlését küldi az Úrban, aki az emberek valódi üdve.

Mózes, amidőn Refidimben változó szerencsével folyt a harc Amalek ellen, a domb tetején maga mellé vett két segítőtársat, akik fáradó kezeit támogatták, nehogy - ha leengedi őket - Amalek kerekedjék felül a csatában. Szent Benedeknek, a szerzetesek atyjának - akit hite és tanítása szerint joggal nevezhetünk az új Mózesnek - ugyancsak van két erős segítő társa az Úr kegyelmének kiesésében, jelesül a Cassinum és a Pannónia szent hegyén épült monostorok, amelyek - miközben Európa völgyeiben forrong a helyzet, kezeit jobbról és balról megtámogatják addig, amíg le nem nyugszik a nap.

Az említett két monostor, amelyek között Szent István király óta a pápák által adott megerősítés folytán egészen a mai napig folyamatosan fennáll a jogok és privilégiumok közössége, azért, hogy szent feladatában kölcsönösen megerősítse és megszilárdítsa egymást, nyolcszáz évvel ezelőtt imaszövetséget kötöttek, amelynek tartalmát azóta többször is megerősítették és megújították. Amikor pedig Péter apát az elmúlt évben Szent Márton monostorával együtt ünnepelte Szent Márton ünnepét és vezette a liturgikus ünneplést, a főapátság levéltárából előhozták Adenulf apát és a Cassinumi konvent oklevelét, és az oltár közelében állították ki, hogy felelevenítsék és Isten kezébe helyezték az elmúlt évszázadokat.

Ezért imaszövetségünk nyolcszázadik évfordulóján alázattal könyörgünk az Úrhoz, hogy monostorotok mindig elláthassa szent küldetését, és szünet nélkül közbenjárjon Európa üdvösségéért. Titeket is arra kérünk, hogy szent imádságaitokban emlékezzetek meg rólunk, különösen is, mert ezekben a napokban újítjuk fel monostorunkban Szent Márton egyházát, s ebben a munkánkban kivált rászorulunk Isten segítségére. A templom felszentelésére pedig szeretettel hívunk és várunk titeket.

Szent Benedek és Szent Márton közbenjárása segítsen minket, hogy feladatunkban, az evangélium hirdetésében és a szerzetesi életalakításban el ne fáradjunk, közösségeink pedig még századokon át jól megerősített, hegyre épült városként ragyogjanak.

Kelt Pannonhalmán, Szent Pál megtérésének ünnepén, az Úr megtestesülésének kettőezer-tizenkettedik, imaszövetségünk nyolcszázadik évében.

Cirill főmonostori perjel